NUMMORUM. IN. HIBERNIA.

NTEQVAM. HAEC. INSULA. SUB. HENRICO. II. ANGLIAE. REGE. ANGLICI. FACTA. SIT. JURIS.

CUSORUM. NDAGATIO.

PER.

NICOLAUM. KEDER.
è Regia Societate Antiquariâ Holmienſi.

Acceſſit

Catalogus Nummorum Anglo-Saxonicor. & Anglo-Danicor. Muſei. Kederiani.

LIPSIAE,
Apud Jo. FRIDERICUM. GLEDITSCH.
A. M. DCC. VIII.



IN. NOMINE. DOMINI. AMEN.

*   *   *



Ormanni ſive Oſtmanni (his quippe communibus vocabulis Norwegi, Dani, Sveones & Gothi Hibernis priſcis initio innotuerant) circa annum CHRISTI DCCC. primum, ac deinceps variis temporibus Hiberniæ littora infeſtis Navibus invaſerunt, ac Regiones nonnullas ferro direptuque devaſtarunt; & quamvis non ſemel ab incolis male excepti ejicerentur, inque Patriam profligarentur, auxiliaribus tamen ſuarum Nationum copiis firmati ſæpius reverſique magnam tandem Inſulæ ſubjugarunt partem, & conſtructis Urbibus, ſedibusque fixis, ex ſuo corpore elegerunt ſibi Reges, qui longa ſerie per multos annos rerum ſunt potiti, usque dum integra Hibernia ſub Anglorum delaberetur poteſtatem, quod contigit tempore Henrici II. Regis Angliæ.

An vero illa Oſtmannica ſive Normannica Gens, quæ in Hibernia conſedit, ipſique mere Hiberni, priusquam Inſula illa ſub Henrico modo dicto Anglici juris facta ſit, ſuos ibidem a ſe cuſos habuerint Nummos, Nobilisſimus & Eruditisſimus Jacobus Waræus, Antiquitatum Hibernicarum Capite 25 hunc in modum disquirit: *Quærendum, an Hiberni ante Anglorum adventum Nummis uſi fuerint, vel auro duntaxat, argento, ære, aut annulis, ad certum pondus examinatis. Saxo Grammaticus libro 6. Hiſtoriæ Danicæ narrat, Hugletem Regem Hiberniæ, divitem ſed avarum, ab Hacone Dano in prælio victum & occiſum, magnam deinde pecuniæ ſummam in ærario ejus,* Duflinæ, *ſive Dublinii, a Danis repertam. Sed Saxonis notisſimæ ſunt fabulæ. Speciatim tota hæc narratio ab Antiquitatum Hibernicarum ſcientisſimis rejicitur. Apud Hiſtoricos noſtros, dum de rebus antiquis Hibernicis loquuntur, occurrit quandoque auri mentio, quandoque argenti variis occaſionibus dati, interdum etiam ponderis. Sic in Annalibus Vltonienſibus, ad annum DOMINI 1004 Brienus* Boruma *ſive Borous Rex Hiberniæ, maxima Procerum multitudine comitatus, Armacham perveniſſe dicitur, & inde cum obſidibus ei traditis, in Momoniam rediiſſe, poſtquam 20 Uncias auri, in Eccleſia cathedrali Armachana, ſuper altare S. Patricii, obtuliſſet. Item anno 1152 ut ex iisdem Annalibus intelligimus, Tirdelvacus O-Conner Rex Hiberniæ a Dermitio Lageniæ, Melachlino Midiæ, & Tigernacho Brethniæ, Regibus adjutus, ſigna adverſus Momonienſes, tum rebellantes, extulit. Pugnatum eſt ad* Monimore, *alias* Monadmore, *ubi Momonienſes magna ſtrage profligati, eorumque Iux*

Limericum profugere coactus, pro lytro dedit Tirdelvaco 60 uncias auri, 60 monilia & scyphum aureum, Brieni Boroi scyphum dictum. Item anno 1157 vel 1158 Mauritius O-Loglin tum Rex Hiberniæ, finita dedicatione Ecclesiæ Cœnobii Mellifontis (a Gelasio Archiepiscopo Armachano) Monachis ibidem, inter alia donaria, dedit 60 uncias auri, itidem Donatus O-Carollus (Ergalliæ Regulus & loci fundator) alias 60 uncias, totidemque alias Dervorgilla uxor Tigernaci O-Ruark. Anno item 1161, vel 1162, 420 uncias puri argenti, ab Offorienfibus collectas fuiffe, ad ufum Flachertachi O-Brolchan Comorbani Columb-Kill, *produnt jam dicti Annales Vltonienses. Sunt & alia multa hujus generis exempla; sed singula hic enumerare, instituti non est mei. An vero aurum, vel argentum ita donatum, percussum fuerit nec ne, non liquet. Audiamus jam, quid de hac re habet Giraldus Cambrensis, Topographiæ Hiberniæ Distinct. 3 Cap. 10:* Metallorum quoque diverforum (*inquit*) genera, quibus venæ fcaturiunt inferiores, ejusdem ociofitatis vitio, nec ad ufum prodeunt, nec proficiunt; Aurum enim, quo & abundare quærunt, & quod adhuc Hifpanico more fitiunt, commerciorum gratia fcrutantes Oceanum Mercatores Oftmannici advectant. *Ostmannos, & ipsos veteres Hibernos Nummos habuisse ante Anglorum adventum, non est cur quis dubitet. Hoc constat ex Epistola Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis, ad Tirdelvacum Regem Hiberniæ, anno 1704 perscripta, in qua inter alia eum rogat corrigere pravam eam consuetudinem (apud Hibernos usitatam) conferendi* facros Ordines per Pecuniam ab Epifcopis. *An vero Nummi illi fuerint in Hibernia cusi, vel aliunde invecti,*

 Vir

Viri nonnulli docti dubitarunt. Ad huius rei notitiam quod attinet, fatendum est nobis, eam perquam exilem superesse. Cæterum ad veteres Ostmannos quod attinet, eos in Hibernia Nummos cudisse, satis est argumento Nummus argenteus Aulafi sive Anlafi Regis Dubliniensis, nonnullis Regis Hiberniæ dicti, cujus figuram subjungimus. (v. Fig. 1.) *Restat de Hibernorum veterum Nummis scrupulus: atque hic non possum (fateor) non memorare, rusticos quosdam, Mense Decembri, anno DOMINI 1639 incidisse in magnam vim veterum Numismatum Hibernicorum* (argenteorum) *prope Glendelacham, in agro Wickloënsi, e quibus aliqua ad manus meas pervenerunt, quorum ectypa hic exhibere operæ pretium duxi.* (v. Fig. 2. 3. 4. 5. 6. 7.) *Aversa pars Nummi tertii,* (nobis hic quarti) *annum videtur designare* 1115, *quod si certum sit, non est cur quis ulterius de hac re operam insumeret. De cæteris, cum sine aliqua literarum luce, non habeo quod pro certo affirmem; Antiquitatis speciem præ se ferunt, & procusi videntur ante Anglorum ingressum. Atque tales (opinor) fuerunt* minores *illi* Denarii (quasi oboli) cujusdam veteris monetæ & incognitæ, reperti in quodam campo juxta Kilcolyn, *de quibus fit mentio in Archivo fiscali ann. 33 Edvvardi I.* Ita Waræus ille.

Atqui, ut hosce in agro Wickloënsi fortuito repertos, variæ & inconcinnæ sculpturæ, Nummos sex, quos ad veteres mere Hibernos referri posse autumat laudatus Auctor, primum attingam, haud scio, an tales Nummi alio, quam in Hibernia, loco signati sint, nulla quippe in iis Regum, nulla Locorum nomina, nulla ostenduntur alia signa, quæ hæsitationi prorsus omni

viam

viam præcludant; neque ideo confeſtim pro Hibernicis habendi, quod e ſolo in Hibernia ſunt eruti, potuiſſent enim facile illuc ex vicina Britannia, ad cuius Nummos veteres ſimilitudine quam proxime accedunt, transmigrare. Quod autem ad iſtorum Nummorum ætatem attinet, nullum oriri dubium poteſt, quin ea Henrici ſecundi ſuperet ævum, quæ res tamen ex quatuor illis in media averſi Nummi tertii (v. Fig. 4.) area inter Crucis brachia extantibus Literis evinci nequit. Perperam enim Waræo videntur Literæ illæ exprimere annum a nativitate CHRISTI M.C.XV. ſeu 1115, ſiquidem priſcis illis ignotum fuit temporibus, usque ad Sæculum fere XIV. Numiſmata inſignire æra Chriſtiana. Sed voculam CRUX formant quatuor illa Elementa, e quibus C Anglo-Saxonico more angulatum eſt ita Ε. Secundo loco pro R poſitum eſt C errore aut eius, qui notas inſculpſit Formæ chalibeæ (Græci τύπον, *Cuneum* vocant infimæ Latinitatis Auctores) aut eius, qui ipſum delineavit Nummum, aut ejus denique, qui delineatum cælavit in ligno. Non enim infrequenter vocabulum CRUX, diſpoſitis, ſicut in Nummo jammodo indicato, inter mediæ Crucis lacertos Characteribus, occurrit in Sterlingis, ſeu Denariis vetuſtis Anglicis; ſpeciatim ecce illud in hoc uno e multis hujusmodi meis. (v. Fig. α.) Nihil itaque certi pro Nummis veteribus plane Hibernicis afferunt producti, e Terra Wickloënſi, Nummi. Quibus merito adjungo quatuor ex argento Nummos, in Britanniæ Camdenianæ editione Gibſoniana, & quidem locis 9. 11. 12. & 37. Tabellæ VIII. Nummorum Saxonicorum, exhibitos. (v. Figg. 8. 9. 10. 11.) Namque ſunt hi

quo-

quoque & temporibus Henrici II, ſi recte perſpicio, longe vetuſtiores, & in addito Commentario priſcis mere Hibernis attributi. *The ninth* (commentantem audis Clariſſimum Walkerum) *eleventh, twelfth, and thirty ſeventh, ſeem to be of the ancient Iriſh Kings, the only ones that I ever ſaw. The Letters are very unuſual, and therefore difficult to be read or underſtood. The ninth I conjecture to be* Dida Medino. *The reverſe, two hands in the oppoſite angles of a croſs. The word ſeems to be* Iniconeic, *a name (as I am informed) ſtill extant in Ireland. -- The eleventh is of an Irish Prince (I conceive) by the words* Midino *on the ninth coin,* Midini *upon this and the twelfth,* which ſeems to refer *or belong to* Midia, *now called* Meath, *one of the diviſions and countreys in Ireland. -- The thirty ſeventh ſeems to be of an Irish Prince, to me unlegible.* Quæ in Latinum transfuſa ſermonem hæc ſonant: *Nonus, undecimus, duodecimus, ac triceſimus ſeptimus antiquorum quorundam videntur eſſe. Hibernicorum Regum* (Reges plane Hibernicos haud dubie intelligit Auctor) *uni* (quatuor) *a me unquam viſi. Elementa ob inſolentiam lectu intellectuque ſunt difficilia. Nonus, ſi rem conjectura aſſequor, præfert* Dida Medino. *Adverſus binas habet in oppoſitis Crucis angulis manus. Ibi lego:* Iniconeic, *quale nomen (ut didici) etiamnum in Hibernia uſurpatur. --- Undecimus ad aliquem Hiberniæ ſpectat Principem, ceu conjicio ex Vocibus* Midino *in nono,* Midini *in hoc atque duodecimo, quæ ad* Midiam, *nunc* Meath *dictam, unam portionum regionumque Hiberniæ, ſpectare videantur. -- Triceſimus ſeptimus Hibernici cujusdam, ut apparet, eſt*

Prin-

rincipis, a me autem legi nescius. Verum (ut quod ntio ingenue aperiam) cum neque ex hisce Num- is certi quid elici queat, quod natale eorum nos cer- doceat solum, haud magis inde dictæ Genti Num- i adstruuntur indigenæ.

Dehinc me ad Anlafi seu Aulafi converto Num- ium istum, quo Celeberrimus Waræus, ab Ostmannis eteribus in Hibernia monetam fuisse cusam, proba- conatur; ad illum haud dubie respiciens Anlafum, egem Dublinienfem, de quo, Capite proxime ante- dente, hæc commemorat: *Anno 934 Godfridus*)stmannorum Dubliniensium Rex) *obiit, ob crudeli- tem infamis, successit filius Aulafus, alias Aulavus, em opinor cum Anlapho illo, qui in prælio ad* Brunebur- im *in Northumbria ab Athelstano Anglorum Rege vi- us est, anno 937. De quo v. Ingulph. & Hen. Hun- don. Anno 941 Aulafus morte repentina sublatus in- riit. Hunc Caradocus Lhancarvanensis Abloicum æcipuum Hiberniæ Regem appellat, & obiisse asserit nno 939. Liber Marganensis ann. habet 940.* Certe oannes Speed, *in his Historie of great Britaine*, seu *Historia magnæ Britanniæ*, pag. m. 341. huic Num- io concolorem, & cæteroqui per omnia, exceptis, in traque figura, levibus quibusdam reculis, consimi- m, e divite Collectione Cottoniana, at ampliorem iquanto ac speciosiorem, quam archetypus mihi vi- etur fuisse, repræsentatum, quem proinde ad adstri- iorem justioremque hic revocavi modulum (v. Fig. .) non ad alium Anlafum, quam illum, ab Æthel- ano Rege Angliæ superatum, Hiberniæ Regem, refert. tqui idem Nummus, e Speedi Opere, speciosiore ista

 am-

amplitudine mutuo ſumtus, inter Nummos, Vitæ Æ
fredi Magni, a Johanne Spelmanno conſcriptæ, pra
miſſos, locum ſecundum in Tabula V. occupans; n
non inter Nummos Britanniæ Camdeno-Gibſonian
locum habens in Tab. VII. quartum & trigeſimum
Anlafo cuidam, Northumbriæ in Britannia Regi, a
mis quoque Æthelſtani victo, in Notis Walkerian
adſcribitur. Addam ipſa verba. Ad priorem locu
hæcce lego: *ANLAF CYNING. FARAN MONET*
Fuit Anlaf, ſive Analavus Sihtrici filius, Gurmundi c
gnatus. Fuit autem Sihtricus vir ferox admodum
ſuperbus; nam cum anteceſſorum Regum potentiam r
gatis naribus deriſiſſet, Æthelſtani affinitatem ultro ſu
plicibus nunciis expetiit. (Malmesb.) Huic ſororem
ſuam Editham in uxorem dedit Æthelſtanus, cum qua
non ultra annum unum, Chriſtianus tamen illius perſu
ſione factus, in vita permanſit. Poſt cujus obitum Edit
vitam religioſam amplexa eſt, ſed ejus filius Analaf
bellum, una cum Godefrido & Conſtantino Rege Scotoru
adverſus Æthelſtanum acerrime geſſit, quo victus & ſu
jugatus eſt. Ad poſteriorem hæc: *ANLAF CYNING.*
name very troubleſome about the times of Æthelſtan, a
after. There ſeem to have been two of them; one, K
of Ireland; another, of ſome part of Northumberland. W
that not unelegant figure in the midſt implies, as a
that in the Reverſe, except it be the front of ſo
Church, I cannot conceive; as neither who that Farh
or Farning *was. I much doubted how Anlaf a Pag*
ſhould ſtamp a Church with Croſſes upon his Coin,
Mr. Charleton ſhewed me on a Coin of Sibtric (Anla
father) a Chriſtian, the very ſame figures; the Mi

Maj

Master for haste or some other reason making use of the same stamp. Latine versa : *ANLAFUS REX. Hoc Nomen fuit valde turbulentum circa & post tempora Æthelstani. Videntur isthoc Nomine duo fuisse Reges, alter Hiberniæ alter Regionis cujusdam Northumbriæ. Quid illa non inelegans figura in medio* (partis anticæ) *sibi velit, ignoro ; neque illam posticæ partis, nisi Templi cujusdam frontem repræsentet, intelligo ; neque magis, quis iste* Farhin *sive* Farninus *fuerit, mihi cognitum. Multum me, quo pacto Anlafus, ut ethnicus, Nummum suum notare Templi crucigeri schemate quiverit, exercuit cogitatio, donec, a Domino Charletonio commonstratum mihi, viderem Sihtrici (qui Anlafum genuit) Christiani Principis, Numisma cum ejusmodi plane figuris ; unde eandem formam a Monetario, ex nimia præcipitantia, vel alia quapiam de caussa, adhibitam odorabar.* Quæ majorem lucem fœnerantur a Nota inferius Nummum Sihtrici, eundemque vigesimum nonum Tabulæ VIII. illustrante. *Sihtric was a Danish King in Northumberland, for his pride and tyranny very much hated of his neighbours. To strengthen himself, he desired to marry Edith the Sister of the great Æthelstan; who would not consent till he promised to become Christian, as he did, and was baptized, but died not long after. His two Sons, because they would not turn Christians, fled their Countrey ; Gudferth went into Scotland, ant Anlaf into Ireland ; where they wrought all the mischief they could against the English ; till Æthelstan utterly vanquished them both.* Notam hanc sic verto : *Sihtricus Danicus fuit Rex in Northumbria, propter fastum & tyrannidem vicinis perosus. Fir-*

mandæ potentiæ suæ caussa nuptias expetivit Edithæ, Sororis magni Æthelstani, qui eas assensu antea comprobare noluit, quam iste recepisset, se Christianam amplexurum fidem, id quod recepit, & baptizatus est, nec ita multo post mortuus. Cujus duo filii, quod CHRISTUM detrectassent, e Regno excedere coacti, Godefridus in Scotiam, Anlafus in Hiberniam, se contulerunt; ubi omnem, quam potuere, Anglis machinati sunt perniciem, usque dum Æthelstanus ambos penitus debellaret. Nec non eundem porro hunc Anlafi Nummum Nobilissimus Andreas Fountaine (Eques Auratus, Ædis CHRISTI apud Oxonienses Alumnus & decor ingens) a Walkero acceptum, atque Tabula III. ad Dissertationem suam Epistolarem de Numismatibus Anglo-Saxonicis & Anglo-Danicis, minore, sicuti par est, modulo exhibitum, eidem Anlafo, Sihtrici Filio, & Regi Northan-hymbrorum seu Northumbrorum, adscribit, *nescius, quid indicent Icones ex utraque parte hujus Numismatis; haud* enim ipsi *videtur Icon partis aversæ repræsentare faciem seu frontispicium cujusdam Ecclesiæ, sicuti Walkerus opinatus est.* Hæc (rem nummariam veteris Angliæ egregie illustrans) Dissertatio sub exitu comparet prioris Tomi vasti ac splendidissimi, de antiqua Literatura Septentrionali, Operis, quod auspicio maximamque partem studio Viri, ob mirandas ingenii dotes, cum ab omnibus Literatis, tum præcipue φιλαρχαίοις, sine summo honore nunquam nominandi, Georgii Hickesii, in lucem prodiit, Oxoniæ, anno CHRISTI MDCCV. Mihi sane aliquanta oboritur suspicio, Anlafos istos haud diversos, sed unum eundemque esse; antea scili-

cet

cet Northumbriæ, ac postmodum Hiberniæ, vel, si mavis, Dubliniensium Regem. At quoquo modo res hæc sese habet, per neglectam loci additionem, nondum satis liquet, utrum hujusmodi Anlafiani Nummi Britanniæ, an vero Hiberniæ suos debeant natales. Quid ergo consequentius, quam ut nec sententia hæc Waræi, pro pecunia Ostmannorum, firmo sat innitatur argumento?

In transcursu magnas laudato supra Fountainio ago gratias, quod in laudata Dissertatione, ad Nobilissimum illud Numisma *Runicum*, quod in Britannia Camdeno-Gibsoniana, Columna 814. primum publica delineatione atque descriptione conspectum, meam quoque de se elicuit sententiam, amicam admodum mei facere mentionem non sit dedignatus. Insimul de assensu Eruditissimi Viri haud prorsus nullo mihi gratulor, qui Numisma istud ad alterutram Londinensem Urbem, nempe aut Anglorum aut Scanorum, pertinere, plane sum ratus, ceu vel ex hoc postremo sententiæ meæ loco liquet. *Ex jam dictis liquido, ni fallor, constat, quod Argentum istud non vetustis Amuletis, sed veteribus Nummis, iisque, quos Londinum in Anglia produxit, debeat accenseri. Si quis tamen maluerit, monetam Londinensibus reddere Scanis, ei non magnopere adversabor. Potuerit enim illa apud ipsos, ad exemplum Anglicarum monetarum, auctoritate Viri cujusdam in amplissimo aliquo dignitatis & eminentiæ gradu constituti, cui* Thurgothi *fuerit nomen, olim esse percussa*. Sed ecce ipsa Fountainii verba una cum Numismate, quod is non omnino tali, ut Cl. Gibsonius, schemate repræsentavit, sed aliquantum contractiore cum notis

 mul-

multam partem aliter fictis, fereque similiore schemati Tabulæ, in eadem Britannia, secundæ Walkerianæ tricesimo quarto, quo etiam idem istud Numisma sisti debere, magna mihi suspicio est, quæ si non vana, tam diversas unius Nummi delineationes merito quis miretur. *Numismatum omnium*, ait Fountainius ille, *quæ aut Anglo-Saxonibus aut Anglo-Danis in usu fuisse videntur, nullum notatu dignius est, quam id literis* Runicis *inscriptum, quod possidet Vir genere & ingenio clarus* Radulphus Thoresbeius *Leodiensis. In nupera versione* Britanniæ Camdenianæ *inscriptio ejus ita legitur & explicatur:* Thur Gut Luetis, *hoc est, juxta Interpretis istius mentem*, Thoris Dei Facies *seu* Effigies. *Opinatur enim Interpres ille Figuram Nummo impressam repræsentare Deum Thorem, eoque modo, quo coli solebat, flamma scilicet ad Solis instar ambiente caput, & dextra gestante Sceptrum seu aureum Malleum. At vero* Hickesius, *Literaturæ Septentrionalis Instaurator, amice me docuit, lectionem prædictam*, Thur Gut Luetis (*modò vera fuerit*) *non reddendam esse*, Thoris Dei Facies, *sed* Thor Deus Populi, *vel* Thor Deus Patrius; *quippe singula hæc Vocabula* Liut, *seu* Luit, *seu* Luet (*in Genitivo Casu* Luetis) *idem valent ac* Populus. (v. Fig. β.) *Est autem & alia Interpretatio Inscriptionis, de qua nunc agitur, ab Erudito* Nicolao Kedero (*Regii Antiquitatum Collegii, quod Holmiæ est, Assessore*) *excogitata & Lipsiæ nuperrime in lucem edita, quam ad me transmittendam curavit Illustrissimus* Leibnitius, *multis nominibus Reipublicæ literariæ, præsertim vero mihi, quam maxime æstimandus. Autumat* Kederus *figura prædicta repræsentari non Thorem seu Thoris Idolum, sed Domi-*

num

num Salvatorem nostrum, Literasque inscriptas hunc ad modum esse legendas, Thurgut Luntis; *& lectionem hanc ita reddendam* Thurgut Lundinensis. *Vult nimirum* Thurgut *esse nomen Monetarii*, *&* Luntis *seu* Lundis *non aliud esse, quam* Londinum, *ubi Nummus excusus est. Nec certe desunt argumenta satis valida, quibus Vir Doctissimus hanc suam firmare voluit sententiam; nisi quod Inscriptio videatur rectius reddi posse* Thurgut Lincolniensis, *quam* Londinensis. *A* Lyndo *enim seu* Lindo *veteri Lincolniensis Urbis appellatione, Saxones fecerunt* LYND *seu* LIND, *cujus Genitivus cernitur in Vocibus* LYNDIS - EGE, Lyndseia; LYNDIS - *y* ARA, Lincolnienses. *At vero tandem quid obstat, quo minus excudi potuerit Nummus hic in Urbe illa* Scaniæ *in* Suecia, *quæ ab antiquis omnibus* Lundis *dicta est, hodie dici solet* Londinum Scanorum; *maxime cum Literæ* Runicæ, *tam apud* Scanos *in usu essent, quam apud* Jutas, Anglos, *eorumque posteros in hac nostra Terra?* Sed revertamur ad institutum.

Tertio, sententiæ isti Waræanæ validiora & prorsus solida suppositurus fulcimenta, id est, efficaciter probaturus, quod veteres Normanni (seu Ostmanni) Hibernici, ante illata in Hiberniam, felicibus Henrici II. auspiciis, Signa Anglicana, domesticam habuerint monetam, quinos profero, ac Senatui P. Q. Literato officiosa mente palam ostendo, argenteos eximia raritate Nummos, e Svecana Tellure effossos, eosdemque meos, excepto eo, qui Figura 15 repræsentatur. Eum enim possidet Nobilissimus, Amplissimus, mihique Amicissimus Georgius de Besche, Pater, Dominus de

Fors-

Forsmark, Vir, si quis alius, Antiquitatum patriarum amantissimus.

Nequeo dememinisse benevoli istius (camino luculentissimo, dapibus exquisitissimis, Lyæo veterrimo generosissimoque testati consignatique) animi, quo Amicissimus ille me, sæpissime hospitaliter invitatum, permittente paulisper meliore aliquantulum valetudine mea, Mense Januario Anni M DCC VI. in supradicto Forsmark excepit. Non excidit e memoria amœnissimus ille loci situs. Neque excidit ea ferrariorum ibidem operum præstantia. Hic ferri venæ, e Fodina Danmorensi advectæ, vastis fornacibus excoquuntur & liquantur, inque massas fusæ rigescunt. Hic calentes plurima flamma Officinæ Cyclopum. Ubi versatilibus, quæ præcipitantis fluminis impetu rotantur, Machinis acti, nocte dieque, prægrandis molis Mallei, gentem exercent fuligine tinctam. Ubi

Brontesque Steropesque & nudus membra Pyracmon

atque reliqui sudorum consortes, suis vicibus operi succedentes, ignitas, Malleis Incudibusque interpositas massas, tenacibus versant forcipibus, ac sensim pedetentimque productius extendunt. Ubi ictuum scintillantium fragores, spumantium fremitus aquarum, & follium spirantium murmura tam commiscentur horride, ut inde aures adstantium, quæ auditus orbitate occlusæ, patefieri quasi & sensum recipere, quæ vero acutæ, prorsus obtundi, queant. *Jucundum contemplari* (huc applicabo, quibus jucundissimus Gallus, Carolus Ogerius, in Itineris Svecici Descriptione, Officinas mirando ærarias Norcopienses, usus est, verba) *Neptuni Vulcanique iras, hominum industria domitas, &*

coer-

coercitas, imo etiam ad eorum usus & commoda transductas. Sed, hisce relictis, ad rem.

En hic Nummos (v. Figg. 13. 14. 15. 16. 17.) qui Sihtrico vel Sihtricis, Normannorum Dubliniensium, diu ante infestatam ab Anglis sub Henrico secundo Hiberniam, Regulo vel Regulis, acceptum referunt ortum. Singulatim unumquemque contemplemur.

In Nummo I.
(v. Fig. 13.)
hæc habentur:

SIHTRIC REX DYFLIN. Caput virile galea (ut apparet) opertum, striata sphærulisque exculta.

FÆREMAN MO DYFLI. Crux magna, singulis ramis in trinas quasi Lunulas desinentibus.

* * *

SIHTRIC Nomen proprium viri est, idemque ac nostrum *Sigtryg* seu *Sigtrygr*, proclive enim est G cum H & C; Y cum I commutare, harumque commutationum innumera passim extant exempla. Conflatum vero est *Sigtryg* e vocibus Gothicis *Sigr* & *Trygr*, priore *Victoriam*, altera *securum*, *tutum* ac *certum*, sonantibus, loquiturque ita eum, qui *Victoria securus*, vel *Victoriæ certus* est. Haud dissimili ratione e *Sigr* aliisque vocibus familiaria victoriosissimo Cardinis Arctici Populo alia composita sunt Nomina: ut *Sigfredr*, *Sig-frodr*, *Sig-mundr*, *Sig-niutr*, *Sig-valdr*, *Sig-vastr*, *Sig-vidr* &c.

REX DYFLIN. Lego REX DYFLINiensium, id est, *Rex Dubliniensium*. Hi a *Waterfordiensibus* aliisque in Hibernia Normannis sive Ostmannis distin-

guebantur; atque Ivarus quidam, quod cunctis præfuit Normannis Hibernicis, *Rex Normannorum totius Hiberniæ* in Annalibus appellatus est.

FÆREMAN proprium viri Nomen est, & quidem hoc loco Monetarii. Consimili Nomine indicatur Monetarius Nummi Anlafiani superius exhibiti; ibi quippe illud FARHAN mihi legenti FARMAN est, quandoquidem Anglo - Saxonibus aliisque M sæpissime ut H pingitur. V. sis Fountainii Alphabetum e Numismatis Anglo - Saxonicis & Anglo - Danicis desumtum.

MO DYFLI. id est, *Moneta Dyflinienśis*, seu *Dublinienśis*; quod Nummum Dubliniæ cusum esse, monstrat. Est autem hæc nobilissima illa Hiberniæ Vrbs, Ptolemæo *Eblana*, Latinis *Dublinia* seu *Dublinium*, Anglo - Saxonibus *Duflin*, Normannis *Dyflin*, Anglis recentioribus *Develin*, Cambro - Britannis *Dinas Dulin*, atque Hibernis dicta *Balacleigh*, Latiali interpretamento, *Vrbs super crates*, quippe quæ subjectis in palustri loco cratibus condita affirmatur.

In Nummo II.

(v. Fig. 14.)

SIHTRC REX DYFL NM. Caput Viri galeatum.

GIOTHMAN MO LVNI. Crux recens descriptæ plane gemina.

* * *

SIHTRC. Elementis R & C interpone I, ut vox integre sit *Sihtric*.

REX DYFL NM. An hanc habent ista mentem: REX DYFLiniensium NorMannorum?

GIOTH-

GIOTHMAN Monetarii est Nomen.

MO. LVNI. MO nihil aliud est, quam MOneta. Qui vero locus per LVNI intelligi debeat, me, id prorsus ignorantem, haud gravate doceant Hiberni.

In Nummo III.
(v. Fig. 15.)

SIHTRiC REX DYFLINiensium. Caput, quale in duobus proxime antecedentibus Nummis.

BIRHTIOD. MOneta RINI. Crux, qualem in duobus proximis vidimus Nummis.

*
* *

Per BIRHTIOD indicatur Monetarius; per RINI autem locus. Hunc, utpote æque mihi incognitum ac per LVNI indicatum, feliciori aliorum indagini relinquo.

Haud multo minori forent Numismata, si plura superessent, Ostmanno-Hibernica, ad veteris Hiberniæ Topographiam illustrandam, quam, ad priscæ Angliæ, Anglo-Saxonica & Anglo-Danica. De hisce in alteram hanc rem laudatissimus Dominus Fountaine ita: *Quemadmodum multorum Hominum illustrium, sic & locorum, præsertim Regionum, Oppidorum & Villarum Nomina posteris prodiderunt veteres nostri Nummi, qui eo nomine adeo non sunt contemnendi a rei nummariæ studiosis, ut multum ab illis æstimandi sint. Hinc Topographiæ Anglo-Saxonicæ seu Britanno-Saxonicæ studioso non possunt non esse maximi usus, cum non solum Urbium & Oppidorum Nomina, sed pro Temporibus, in quibus impressi erant, receptam scribendi ra-*

 tio.

tionem in aversis suis partibus ostendunt. Quamobrem ad Britanniæ seu Anglo-Saxonicæ seu Dano-Saxonicæ Topographiam conficiendam maxime utiles sunt, quam quidem desiderari animadvertit Hickesius noster Dissertationis suæ Epistolaris pag. 121. & ad quod Opus aggrediendum e Saxonicæ Literaturæ peritis aliquem vehementer exhortatur. Quæ verba ad Numismatum meorum Anglo-Saxonicorum & Anglo-Danicorum (quæ, priscæ puta Piraticæ plurima ex parte lucra & vestigia, e Tellure Sveco-Gothica casus non unus protraxit) nudum & simplicem Indicem seu Catalogum huic Opusculo subjungendum, me compulere; uberiorem eorum explanationem propediem (si cum sana mente vita & virium aliquantum in hoc sanitatis egentissimo suppetent corpusculo) alibi daturum. Interea *contenti simus*, ut Augusti illud usurpem, *hoc Catone.*

In Nummo IV.

(v. Fig. 16.)

SIHTRiC REX DYFLiniensium NoRmannorum. Caput Virile fronte Regium in morem redimita.

ÆLFELM (Monetarius) MOneta DYFLIniensis MO. Parva Crux.

*

*　　　*

Quid aliud per NR, quam Vox *NoRmannorum*, intelligi debeat, non video.

Illud ultimum MO videtur *MOneta* etiam esse, adeoque abundare.

In Nummo V.

(v. Fig. 17.)

SIHTRC REX DYFL MO. Caput Viri decoratum Corona e Lilii floribus exsurgentibus configu-

gu-

gurata, & obseptum Schemate Rosam quadrifoliam simulante.

STEGEN (Monetarius) MONeta ON Dyflin. Crux magna in brachiorum fine ter quasi lunata, cujus media munit Schema quoddam speciem ferme Rosæ quadrifoliæ referens, ad singulos angulos globulo intus exornatum.

* * *

Quid τὸ MO in parte adversa sibi vult? An ibi etiam *MOneta* est? At vix & ægre *Monetæ* Vocabulum in adversis Nummis locum habet, nec facile cum anterioribus SIHTRC REX DYFL. qualia jam antea explorata habemus, cohæret; quare ἐπέχω.

ON Dyflin. *On* (pro quo aliquando occurrit *An*, a Goth. ΑΝΑ, docente Hickesio cap. 14. Gramm. Anglo-Sax. & Mœso-Goth.) Anglo-Saxonibus est quod Latinis *In*; Et illud *On* cum addito *Dyflin* est, si interpreteris, *in Dublinio*, seu simpliciter, *Dublinii*.

Cæterum, cum plures extiterint Sihtrici, Dubliniæ Reguli, postulat nunc instituti ratio, ut, ad quemnam vel quosnam eorum hosce Sihtricianos Nummos referam, dicatur.

Ego quatuor Nummos priores ad istum, Æthelredi, Patre Edgaro nati, Anglorum Regis, æqualem, Sihtricum refero, & quidem inductus consimili illa, quam hi Nummi cum Æthelredi Sterlingis habent, specie. Namque per ista proximaque tempora id moris Normannicorum fuit Principum, ut, ad Anglicanæ Regum ipsis synchronorum Monetæ imaginem & simulachrum, suos curarent signari Nummos. Id quod aliquatenus datur videre in nuper edita Commen

mentatione mea de præstantissimis quibusdam Olai *Sveci*, Anundi *Carbonarii*, Haquini *Rufi*, Sueciæ Regum, ac Svenonis *bifida barba*, Daniæ Regis, Nummis. Ex horum Nummorum mentione, qui sane priscæ rei nummariæ Septentrionis illustre, imo primarium, adstruunt decus, duo insuper Olaviani (bona Lectoris cum venia) hic spectandi describendique veniunt. Alter, meus, ex tribus illis est, quos in ista Commentatione, ob explanationis difficultatem, in penitius maturiusque scrutinium reservabam; insignitus (v. Fig. γ.) a parte principaliore, Capite Regis sceptriferi, & epigraphe: OLAFA REX ANCOL. a parte autem sequiore, Crucis figura vocabulo CRUX interstincta, nec non epigraphe. LEOFMAN M AN. Ubi OLAFA (seu OLAF potius) est *Olaus* sive *Olavus*; LEOFMAN Monetarii nomen; M. Moneta; AN, *in*, quæ præpositio ob spatioli angustiam Nomine Loci destituitur, qui Nummo fuit natalis. Hæc per se plana sunt: τὸ ANCOL explanatori omne facessit negotium. At nihil tandem aliud mysterii subesse mihi visum, quam quod illud ANCOL, ex ANGLOrum voce, quam imitandus Æthelredi Nummus exhibuerat, corruptum, Sculptore aliud agente, pro τῷ sive SVEVOR. sive SVENOR. siue AN SIHTVNE, in Olai Nummum intempestive irrepserit. Alterum ex Nobili etiam illa, anno M. DCC. IV. in *Næsby* apud Roslagos, forte reperta Gaza, elapsum, laudabilis Peringskioeldiana diligentia, demum post editam istam Commentationem meam, feliciter reduxit; notatum (v. Fig. δ.) hinc, præter sceptrigeri Regis Caput, epigraphe: OLAF ReX AON SihTVNE (*Olaus Rex in Sigtuna*, seu *Sigtunæ*) illinc,

præ-

præter Crucis ſchema interpoſitam habens Vocem CRUX, epigraphe: SNELLING (hic eſt Monetarius) ME PROF quæ Peringskioeldius ſic legebat: MonetaE PROFeſſor. Sed pergo. Inſpiciantur jam duo, e noſtris, Æthelrediani Nummi (v. Figg. 4 & 5) & Nummis Sihtrici primo, ſecundo ac tertio cum Æthelredi priore, rurſusque iſtius Reguli quarto cum hujus Regis poſteriore collatis, protinus inter utriusque Principis Nummos amica illa patebit ſpecierum ſimilitudo. Fountainius quidem prioris generis (Caput nempe galea ſtriata & globulis culta tectum; item Crucem magnam ad ſingulos brachios ter quaſi lunatam exhibentis) Æthelredianos Nummos ad Ætheredum ſeu Æthelredum Regem, Filium tertium Æthelvulphi, refert; ſed cogor a Doctiſſimo Viro (pace tamen ejus) diſſentire, ac Nummos vero Regi ſuo, Æthelredo Edgari Filio, reddere. Ad huncce enim ſpectare eos, præter reliqua, evidentiſſimo argumento eſt, quod tales ſæpiſſime, noſtro ſub Cœlo, una cum proximorum Regum, Edgari, Edwardi *Martyris*, Canuti *Magni*; Haroldi I. Hardecnuti, Edwardi *Confeſſoris* atque Haroldi II. Monetis forte fortuna e Tellure eruti ſint. Id quod ægerrime contingere potuiſſet, ſi Nummi ad remotiorem longinquioremque ab Edgaro, & junctim cum ipſo nominatis Regibus, primum Æthelredum, pertinerent; eo quippe pacto vicinitas anſam cum hoc Æthelredo ſe conſociandi præbuiſſet potius Æthelvulfo, Æthelbaldo, Æthelberto, Ælfredo, Edwardoque *Seniori*, quorum Principum Monetas, cum a Noviſſimi illis, quæ non niſi ſolitariæ, quod ſciam, hic repertæ ſunt, diſceſſerim, e Solo Sveco-

Go-

Gothico prolatas, Curiosorum nostratium nullus commonstrare valet. Ad hoc alius Æthelredianus Nummus, ex iis nempe, quibus, uti huic ex Arcula mea petito (v. Fig. ζ.) Effigies thoracata Regis, Casside radiis coronata & lorica sive (ut Saxo loquitur) *tunica ferri contemtrice*, tecti; nec non Crux magna, ad exitus trinas quasi Lunulas, & ad meditullium figuram quadrangulam cum tribus juxta singulos angulos extrinsecus globulis, habens, insunt, ab eodem Doctissimo Viro priori assignatus Æthelredo (Æthelvulphi Filio) hic paris argumenti efficacia posteriori (Edgari Filio) meritissimo est asserendus.

Operæ etiam pretium facturus mihi videor, si, quæ de Sihtrico isto, Æthelredi æquali, laudatus supra Waræus Capite 24 memoriæ habet prodita, excerpsero atque transcripsero.

Anno 989 Gluniarandus, al. Glumainus, Aulafi filius, Rex Ostmannorum Dublinii, a famulo suo, interemtus est. Successit frater ejus Sitricus.

Anno 994 Sitricus Aulafi filius, Ostmannis Dublinii, in exilium pulsus, ante annum circumactum revocatus est regnoque restitutus.

Sub initium anni 1014, vel paulo ante, Brienus Borous Rex (scilicet Hiberniæ, namque, manente Insulæ, in varia eaque exilia Regna, partitione, qui Regulorum erat validissimus, imperium sibi in cæteros arripiebat, vulgoque *Rex Hiberniæ* appellabatur) *cum plurimis Hiberniæ Regulis egit, ut conjunctis viribus Sitricum omnesque Ostmannos Dublinii, utpote publicos Regni hostes ex Hibernia expellere conarentur. Sitricus contra certior factus, quid Brienus moliebatur, nullum*

lum non movit lapidem, ut se suosque propugnaret. Pace igitur cum Mælmurrio Murchardi filio Rege Lageniæ facta, suppetias tam ab eo, quam a Danis, sive Norvegis, qui Manniam & Hebrides (Hibernis Inche-gall) *incolebant, obtinuit. Magnis copiis sic utrinque coactis, concurritur tandem Clontarfæ prope Dublinium, Aprilis 23, ubi post longam acerrimamque pugnam victoria (sic plerique habent) cessit Brieno, qui tamen ex vulnere, quod in prælio acceperat, mortifero mox expiravit. Sunt contra qui asserunt, Danos sive Ostmannos, cum eorum acies nutare cœperit, Brieno occiso, redintegratis viribus, in Hibernos irruisse, eosque magna strage profligasse. Qui hanc sententiam tenent, addunt etiam, Brieni temeritatem magno fuisse Danis commodo: Ille enim (ut fertur) auxilia cum filio ejus Donato intra triduum ventura non præstolans, ne priorum actorum gloriam obscurare videretur, cum hostibus congredi facile persvasus est, id quod sibi suisque postea fuit exitio. In exercitu suo Melachlinum porro habuit, tunc Midiæ, antea Hiberniæ Regem, qui in prælio, ob priores injurias, alienati in eum animi indicia dedisse fertur. Cum Brieno ceciderunt filius ejus Murchardus & Murchardi filius Tirdelvacus, magnus etiam Procerum numerus, & cæterorum 7000, vel ut aliqui habent, 11000. Ex Danis sive Ostmannis & Lageniensibus plurimi etiam perierunt, sed numerus incertus est. Inter eos primarii numerantur Dubgallus Aulafi filius, Bruodarus Classis Danicæ præfectus, qui Brienum occiderat, Mælmurrius Rex Lageniæ, Donaldus Dux Fortuallensium, & alii. Prælio finito Sitricus cum Ostmannorum reliquiis Dublinium*

nium se recepit, ac Melachlinus, Rex Midiæ, a popularibus Rex Maximus Hiberniæ denuo declaratus est.

Anno 1019 *Brienus Malmurrii filius, Rex Lageniæ oculis orbatus est Dublinii a Sitrico Rege.*

Anno 1022 *Vgairus Rex Lageniæ in conflictu ad* Delgne *Sitricum fugavit.*

Anno 1029 *Sitricus, peregrinatione Romam usque suscepta, in via defunctus est. Succesit ei filius Aulavus sive Auloedus.*

Utrum autem quintus ille (ut eo revertatur oratio mea) idemque postremus Sihtricianus Nummus, exacte & ad amussim speciem hujus, e mea item Gazula qualicunque depromti, Anglici Nummi Canuti *Magni* referens (v. Fig. *n.*) eidem isti modo commemorato Sihtrico, cujus regimen in regnantis Canuti quoque tempora penitus longuleque provectum est, adsignari debeat, an vero ei Sihtrico, qui eodem anno, quo Canutus vitam simul finivit & imperium, Normannis Dubliniensibus dominari coepit, hæsito; uterque enim ob synchronismum facillime *Magni* illius Monetam imitari quiverit. Ego nihil proinde hac in re definio.

Neque ab re fuerit, huc transferre, quæ de potiore quoque Sihtrico hoc, apud nominatissimum illum, eodem Capite, tradita sunt Waræum.

Anno

Anno 1035 Aulavus (de quo novissime) *filius Sitrici, Rex Dublinii Romam profecturus in Anglia occisus est. Successit ei filius Sitricus.*

Anno 1036 Reginaldus O-Hivar Waterfordiæ Regulus occisus est Dublinii a Sitrico Rege.

Anno 1042 (aliis 1041.) *Sitricus decessit. Hic fuit Sitricus ille, quem Liber niger Ecclesiæ S. Trinitatis Dublinii Sitricum filium* Ableb *appellat, de quo ibidem hæc:* Sitricus Rex Dublin. filius Ableb Comitis Dublin. dedit Sanctæ Trinitati & Donato primo Episcopo Dublin. locum ad ædificandam Ecclesiam S. Trinitati, ubi fornices, sive voltæ sunt, cum terris subsequentibus, videlicet Bealdulek, Rechen, Portrahern, cum villanis & vaccis & bladis, nec non aurum & argentum, sufficienter ad ædificandam Ecclesiam cum tota curia contulit. *Sitrico successit Aulavus sive Auloedus, quem Caradocus Lhancarvanensis Alphredum perperam appellat.*

Hisce jam res satis confecta est; & ne quid, quod eam superque firmet, vel potius adornet, desiderent Curiosi, postremo in apricum etiam profero, quæ Suecus item Campus proscissus dedit, duo haud multum diversa, e secundo quoque Metallo, longe rarissima Normannica Hiberniæ Numismata, vultu ac titulo ipsius Æthelredi ex Edgaro nati, Anglorum Regis, insignita.

 (v. Figg.

(v. Figg. 18. 19.)
In uno eſt

ÆTHELRÆTH REX AIO. Æthelredi Caput Caſſide ſtriis ac ſphærulis conſpicua munitum, cui duæ minutulæ Cruces, una ante os, altera in collo, additæ.

FÆNEMAN MOneta DYFLInienſis. Crux grandis, ſingulis lacertis in ternas quaſi Lunulas exeuntibus.

*
* *

In altero

ÆTHELRÆD REX AIGO. Tale ac in proximo Caput; ſequeſtratis parvulis Crucibus.

FÆREMAN MOneta DYFLInienſis. Crux, qualis in proximo.

*
* *

Iſta AIO & AIGO oſcitanter procul (mihi ſaltem) dubio poſita pro ANGLOrum.

Aut fallor, aut per Nomen FÆREMAN, quod vitioſe in priore Numiſmate, FÆNEMAN, intelligendus idem ille primi Sihtriciani Nummi Monetarius.

Cum

Cum bina hæc Dublinienſia Numiſmata Æthelredi gerant nomen honoresque, auſim affirmare, talia a Dublinii Regulo quodam in ſignum & pignus debitæ iſti Anglorum Regi obſervantiæ obſequiique fuiſſe profecta. Vnde haud immerito quærat quis, an Æthelredo juris quid in Hiberniam fuerit. Equidem legenti mihi tale quid usquam occurriſſe, non memini. At ſaltem iſtius Regis Parens, Potentisſimus Angliæ Rex, Edgarus maximam Hiberniæ partem, ſpeciatimque Dublinium domuit & ſubegit. Docemur utique hoc vel a præfatione Chartæ de *Osvvaldslavv*, hoc eſt, de ejiciendis Clericis uxoratis & introducendis Monachis, quam dictus Edgarus dedit Gloceſtriæ, anno Salutis DCCCCLXIV. indictione VIII. Regni ſui VI. Ipſam præfationem legiſſe volupe erit. *Altitonantis DEI largiflua clementia, qui eſt Rex Regum & Dominus Dominantium, Ego Edgarus Anglorum Baſileus, omniumque Regum/Inſularum Oceani, quæ Britanniam circumjacent, cunctarumque Nationum, quæ infra eam includuntur, Imperator & Dominus, gratias ago ipſi DEO omnipotenti, Regi meo, qui meum Imperium ſic ampliavit, & exaltavit ſuper Regnum Patrum meorum, qui licet Monarchiam totius Angli adepti ſint, a tempore Æthelſtani, qui primus Regum Anglorum omnes Nationes, quæ Britanniam incolunt, ſibi armis ſubegit, nullus tamen eorum, ultra ejus fines, Imperium ſuum dilatare aggreſſus eſt; mihi autem conceſſit propitia Divinitas, cum Anglorum Imperio, omnia Regno Inſularum Oceani, cum ſuis ferocisſimis Regibus, usque Norvegiam, maximamque partem Hiberniæ, cum ſua nobilisſima Civitate Dublinia, Anglorum Regno*

 ſub-

ſubjugare, quos etiam omnes meis Imperiis colla ſubdere, DEI favente gratia coëgi. Jam cum de ſubjugata ab Edgaro Dublinia conſtet, haud difficulter eo adducor, ut credam, hujus Regulos inde ab iſta ſubjugatione Angliam velut Dominam ſuam in tempora usque prima Regni Æthelrediani veneratione proſecutos, quæ demum, ingraveſcente mox turbulento ac calamitoſo Reip. Anglicanæ ſtatu, ceſſaverit. O uſum inſignem atque locupletem ſignati antiquitus Metalli! Et qui poſſim hujus ipſius, quippe quod ad talia egregia multa, Hiſtoricis ſilentio præterita, rite inveſtiganda, fores Orbi curioſo aperiat, nobili non moveri præſtantia, imò ad dulcem ipſius non trahi tractationem?



CATA-

CATALOGUS
Nummorum
ex argento
Anglo-Saxonicorum & Anglo-
Danicorum,
in Museo
NICOLAI KEDERI
curiose asservatorum,
ab hoc ipso Possessore
concinnatus.



I. N. J.

* * *



Numm. 1.

ERHTVLF REX. Caput Berthulfi, Merciæ Regis, diademate ornatum, obliquum, a parte dextera conſpicuum.

DENEHEAM. Crux mediocris, in qua rami duo anchoræ inſtar ſunt uncinati, & duo recruciati.

Numm. 2.

BVRGRED REX. Caput Burgredi, ultimi Merciæ Regis, diadematum, patente intuentibus parte dextera.

CVNEHL MONETA.

Numm. 3.

EADWEARD REX. Caput Edwardi *Senioris*, Regis Angliæ, diadematum, a parte dextra viſibile.

BVRDEN MEC FECIT. Tres ordine transversario parvæ Cruces.

Numm. 4.

EADWEARD REX. Caput Edwardi *Senioris*, diademate cinctum, a læva parte conspiciendum.

MANNA. MANNA. Tres parvæ Cruces, transverse ordinatæ.

Numm. 5.

EADGAR REX ANGLOR. Caput Edgari diadematum, a læva conspicuum.

MAN MO WINTONI. Crux exilis.

Qui jam sequitur Nummus non nisi secundum aversæ partis inscriptionem a præcedente isthoc quinto differt.

Numm. 6.

WVLFRIC MO OXNA.

Numm. 7.

EADWEARD REX ANGLOR. Caput Edwardi *Martyris* diadematum, a sinistra parte visui patens.

WIHTSIGE MO WINTO. Parvula Crux.

Numm. 8.

EDELRED REX ANG. Caput Æthelredi, cum tegmine striato, Casside forte, a sinistro latere conspiciendum.

ALFWINE O LVD. Crux magna, ad singulos exitus ternas quasi Lunulas aversis cornibus, & prope umbilicum duas Lunas majusculas, hinc nempe crescentem, illinc decrescentem, habens.

Numm.

Numm. 9.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Æthelredi Caput galea (ut apparet) ſtriata & globulis culta, opertum, a læva repræſentatum.

ÆLFNOTH MO O LEIG. Crux grandis, ſingulis brachiis in tres quaſi Lunulas dimidias & averſas exeuntibus.

Nummus iſthic nonus & qui proxime ſubſequuntur 43 epigraphe duntaxat partis averſæ inter ſe diſcrepant.

Numm. 10.

ÆLFRIC MO O BATH.

Numm. 11.

ÆLFRIC MO LIHER.

Numm. 12.

ÆLFRIC MO O NORTH.

Numm. 13.

ÆLFRIC MO O NVNT.

Numm. 14.

ÆLFWI MO O BVCCI.

Numm. 15.

ÆLFWINE MO O CISE.

Numm. 16.

ÆLFVVINE MO O OXNA.

Numm. 17.

ÆSCMAN MO O LINC.

Numm. 18.

ÆTHELM MO O CISE.

Numm. 19.

ÆTHELVVERD MO LVND.

Numm. 20.
ÆTHELVVIG MO O SCEFT.

Numm. 21.
BRVNSTAN MO LVND.

Numm. 22.
BYRHSIGE MO O VVÆRI.

Numm. 23.
BIRHSIGE MO O VVIN.

Numm. 24.
DRENG MO O LINC.

Numm. 25.
DVNSTAN MO EAXE.

Numm. 26.
EADVVERD MO ROFE.

Numm. 27.
EDELNOTH MO LINC.

Numm. 28.
EDRIC MO EAXE.

Numm. 29.
EDSIGE MO O ROFEC.

Numm. 30.
GOD MO O EAXEC.

Numm. 31.
GOD MO O GIFELC.

Numm. 32.
GODRIC MO LVND.

Numm. 33.
GODVVINE MO O CENT.

Numm. 34.
HEREBYRHT MO LÆW.
Numm. 35.
LEOFNOTH MO O LÆWE.
Numm. 36.
LEOFRIC MO LUND.
Numm. 37.
LEOFWINE MO O HAM.
Numm. 38.
LEOFWINE MO LEGC.
Numm. 39.
MANA MO O THEOD.
Numm. 40.
OSBERN MO THEO.
Numm. 41.
OSGVT MO O LINC.
Numm. 42.
OSGVT MO O NVNT.
Numm. 43.
SÆWINE MO O WILT.
Numm. 44.
SPILEMAN MO HAM.
Numm. 45.
SVERTIC MO NORTH.
Numm. 46.
THVRSTAN MO EOFR.
Numm. 47.
WIHTSIGE MO O GLEA.
Numm. 48.
WVLFSIGE MO EAXE.

Numm. 49.

WVFSTAN MO LVND.

Numm. 50.

WVLFWINE MO O LVND.

Numm. 51.

WYNSIGE MO O SCRO.

Numm. 52.

WYNSTAN MO O BATH.

Numm. 53.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Capud Æthelredi nudum a latere ſiniſtro conſpicuum.

BYRHTNOTH MO O WINT. Mediæ magnitudinis Crux, quam in quatuor interſtitiis totidem ſtipant elementa Vocem CRUX componentia.

Numm. 54.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Caput Æthelredi nudum, a læva parte conſpiciendum, addito Sceptro, in ſummitate tribus ornato globulis, in Δ Literæ quaſi ſimilitudinem diſpoſitis.

ÆLFRIC MO GRANT. Crux mediocris cum interpoſito Vocabulo CRVX.

Nummus hic quinquageſimus quartus & proxime ſequentes 36 non niſi partium poſteriorum inſcriptionibus differunt.

Numm. 55.

ÆLFRIC MO SVTHGE.

Numm. 56.

ÆLFSTAN MO LVN.

Numm. 57.

ÆLFSTAN MO TOGA.

Numm. 58.
ÆLFSTAN MO O TOTA.
Numm. 59.
ÆLFWI MO WALIN.
Numm. 60.
ÆTHELRIC MO BATHA.
Numm. 61.
ÆTHERED MO LVNDO.
Numm. 62.
BERHMÆR MO ROF.
Numm. 63.
BERHTNATH MO WIN.
Numm. 64.
BYRHSIGE MO WIN.
Numm. 65.
BYRHTALF MO SVTH.
Numm. 66.
BYRHTLAF MO LVN.
Numm. 67.
BYRHTRIC MO SVTHG.
Numm. 68.
CYTEL MO EAXE.
Nnmm. 69.
CYTELMAN MO GIPES.
Numm. 70.
EADNOD MO BRYD.
Numm. 71.
EADSIGE MO ROFE.
Numm. 72.
EADSIGE MO WINT.

Numm. 73.
EADWERD MO THEOT.
Numm. 74.
EADWOLD MO CÆNT.
Numm. 75.
EADWOLD MO THEOD.
Numm. 76.
EDSIGE MO LUND.
Numm. 77.
EDWINE MO EAXEC
Numm. 78.
EDWINE MO LUND.
Numm. 79.
ELEMOD MO LEGEC.
Numm. 80.
FORNA MO EOFR.
Numm. 81.
GODRIC MO LUND.
Numm. 82.
GODWINE MO SVTHBY.
Numm. 83.
GODWINE MO THEOD.
Numm. 84.
HVNEWINE MO EAXE.
Numm. 85.
LEOFRIC MON CÆNT.
Numm. 86.
LEOFSTAN MO CÆNT.
Numm. 87.
LEOFWOLD MO WINT.

Numm. 88.

LIFINC MO CÆNT.

Numm. 89.

OSCYTEL MO LVN.

Numm. 90.

TVNEMAN MO SVTHBY.

Numm. 91.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Caput Æthelredi Diademate insigne, patente intuentibus latere dextero.

ÆLFGAR MO LVND. Dextera de Cœlo porrecta inter Græcarum Literarum primam ultimamque.

Qui nunc subjiciuntur Nummi 13. sola aversæ partis epigraphe a superiore isto distant.

Numm. 92.

ÆTHELWEARD MO HAM.

Numm. 93.

EADELM MO ROFE.

Numm. 94.

EADSIGE MO WINTONI.

Numm. 95.

EADWINE MO WILTV.

Numm. 96.

EALHSTAN MO LVND.

Numm. 97.

FRYTHEMVD MO WINT.

Numm. 98.

GOD MO GIFLEES.

Numm. 99.

ODA MO EOFERWI.

Numm. 100

OSVLF MO LVND.

Numm. 101.

WALTFERTH MO GYP.

Numm. 102.

WYLFMÆR MO LVND.

Numm. 103.

THORSTAN MO EFE.

Numm. 104.

WINE MO BRYIDGE.

Numm. 105.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Æthelredi Caput Diademate ornatum, atque a dextera exhibitum; Sceptrum cum tribus in ſummo ſphærulis adjectum.

ÆLFNOD M EA XEC. Dextra inter A & Ω.

Subſequentes proxime Nummi 9. præcedenti centeſimo quinto, ſi tergi epigraphen excipas, conſimiles ſunt.

Numm. 106.

ÆLFSTAN MO EAXEC.

Numm. 107.

ÆTHERED MO LVNDO.

Oumm. 108.

EDWINE MO LVND.

Numm. 109.

ELFWALD MO LVND.

Numm. 110.

GODINC MO OXAN.

Numm. 111.

LEOFSTAN MO LVND.

Numm

Numm. 112.

LEOFSVNV MO EAXE.

Numm. 113.

MANNA MO TOTAN.

Numm. 114.

OSCYTEL MO LVND.

Numm. 115.

ÆTHELRÆD REX ANGLOR. Caput Æthelredi nudum, a dextera parte visibile; additum sceptrum, tribus superius exscultum globulis.

LEFRIC MO CIMÆ. Sola dextera.

Numm. 116.

ÆTHELRÆD REX ANGL. Æthelredi Caput diademate cinctum, a latere sinistro oculis objectum.

ÆLFSIGE ON WINCST. Crux exilis.

Differentia Nummi hujus inferiorumque proximorum novem potissimum in aversarum paginarum consistit verbis.

Numm. 117.

ÆLFWERD ON LÆWGE.

Numm. 118.

ÆLFWINE ON LEIG.

Numm. 119.

ÆSCMAN MO LINC.

Numm. 120.

DRENG MO LINCOL.

Numm. 121.

EADWERD MO LVND.

Numm 122.

GODRIC ON BRYDIA.

Numm. 123.

GODWINE MO LINCO.

Numm. 124.

THOROLF MO EOFRWI.

Numm. 125.

WVLFRIC MO LINCO.

Numm. 126.

ÆTHELRÆD REX ANGL. Æthe
dus pectore tenus oblique effictus, patente latere f
ſtro; indutus lorica, ac galeam radiis cinctam C
te gerens.

ÆLFRIC MO O BATH. Crux mag
ad exitus ternas quaſi Lunulas habens, cujus medi
lium figura quadrangula, ad ſingulos angulos extri
cus tribus in formam trigoni diſpoſitis globulis de
rata munit.

Nummus iſte ac proxime ſubſequentes
ptem epigraphe duntaxat partis averſæ inter ſe d
runt.

Numm. 127.

BRIHTWINE MO OXNA.

Numm. 128.

EADSIGE MO LVNDE.

Numm. 129.

EADWOLD MO LVN.

Numm. 130.

GODRIC MO STED.

Numm. 131.

LEOFWINE MO LVND.

Nu

Numm. 132.

SVVARTGAR MO SAN.

Numm. 133.

VVVLFSIG MO GRAN.

Numm. 134.

CNVT REX. Effigies thoracata Canuti *Magni*, a læva repræsentati, qui aut simpliciter Diadema, aut Galeam diadematam in Capite gerit; nam rudis adeo & inconcinna hujus Nummi (nec non quorundam aliorum inter inferiores) est sculptura, ut, circa tale Capitis tegumentum & gestamen, suspensa ac incerta detineatur Spectatoris mens. Sceptrum, supra Lilii flore condecoratum, in Regis læva præfertur.

VVVLEVVINE ON LEHR. Crux mediocris, cujus meditullium figura obtegit quadrangula, ad singulos angulos exteriores inque parte intima sphærulam habens.

Inter hunc Nummum & sequentem Sceptrum atque sequioris partis Epigraphe levem differentiam constituunt. Sustinet autem in sequente Sceptrum quatuor globulos in Crucis quasi modum dispositos.

Numm. 135.

LEOFRIC ONN STANFO.

Numm. 136.

CNVT REX. Canutus *Magnus* diadematus atque sceptrifer, pectore tenus a læva parte expressus.

ÆGELRIC ON SCEF. Crux mediocris, circa umbilicum annulata.

Ab isthoc Nummo sequentes mox 28 tum eo variant, quod in fronte loco τȣ̃ REX habeant RECX abundante C, tum etiam tergi multifaria inscriptione.

Numm. 137.

ÆGELFERTH ON O.

Numm. 138.

ÆLFELM ON BRIV.

Numm. 139.

ÆLFWERD ON LVND.

Numm. 140.

ÆLFWINE ON THOTF.

Numm. 141.

ÆLFWINE ON WEL.

Numm. 142.

BRIHTRED ON CEN.

Numm. 143.

BRVNMAN ON LV.

Numm. 144.

EADVLF ON LVNDEN.

Numm. 145.

EARNGRIM ON EO.

Numm. 146.

EDWERD ON LVNDE.

Numm. 147.

EDWINE ON LVND.

Numm. 148.

GOD ON LVNDDE.

Numm.

Numm. 149.

GODMAN ON EOFFR.

Numm. 150.

GODRIC ON LINCOLN.

Numm. 151.

GODRIC ON LVD.

Numm. 152.

GODRIC ON STAN.

Numm. 153.

GODWINE CASOWI.

Numm. 154.

GODWINE ON ROFE.

Numm. 155.

LEFRIC ON LVND.

Numm. 156.

LIFINC ON LINC.

Numm. 157.

LVFRIC ON GIPESW.

Numm. 158.

ORDRIC ON HERE.

Numm. 159.

WINVS ON CRVCE.

Numm. 160.

WVLFEN ON ROFEEC.

Numm. 161.

WVLFRED ON SRO.

Numm. 162.

WVLFRIC ON LINCOLN.

Numm. 163.

WULFWINE ON OCX.

Numm. 164.

WVLVVINE ON LINC.

Numm. 165.

CNVT REX ANGLOR. Caput Canuti *Magni* a læva conſpicuum, corona e Lilii floribus exſurgentibus compoſita ornatum, ac incluſum figuræ non abludenti a Roſa foliorum quatuor.

HVNEWINE O EX. Crux magna, ſingulis lacertis in ternas quaſi Lunulas averſas exeuntibus, cujus media circumcludit ſchema quoddam ſpeciem fere Roſæ quadrifoliæ referens, ad ſingulos angulos trinis globulis intus exornatum.

Qui proxime ſequuntur Nummi quindecim, averſi diſcriminantur ab illo centeſimo ſexageſimo & quinto, tum variis epigraphis, tum eo, quod Roſæ anguli non ternis globulis, ſed uno ſolum ſint decorati.

Numm. 166.

BRIHTNOTH ON WINCS.

Numm. 167.

CETEL O EOFRW.

Numm. 168.

DVREVVERD ON O.

Numm. 169.

EADVVINE ON LVND.

Numm. 170.

EARDNOTH LVND.

Numm. 171.

EDRIC ON TAN.

Numm. 172.

FRETHI ON LVNDE.

Numm. 173.

GRIMCETEL MO LIN.

Numm. 174.

LEOWINE ON LE.

Numm. 175.

LINNA ON WINCSTER.

Numm. 176.

NORTH MONE STA.

Numm. 177.

SIRIC ON RIHB —

Numm. 178.

SVNOLF MO OEO.

Numm. 179.

WINSTAN ON SERBI.

Numm. 180.

WVLFNOT ON ME.

Numm. 181.

CNVT RECX AN. Canutus *Magnus* a latere lævo ad thoraca usque effictus, Capite quippiam, pileo alto & acuminato affine, gerens; ante eum apparet Sceptrum cum tribus in apice globulis.

ÆGELRIC ON SCEFT. Mediæ magnitudinis Crux circumſepto umbilico, quam adjectus quater cum incluſa ſphærula annulus interſtinguit.

Nummus iſte & venientes jam 23, ſi poſticæ partis verba attendas, diverſi inter ſe ſunt, cæteroqui conformes.

Numm. 182.

ÆLFGAR ON LVNDE.

Numm. 183.
ÆLFWERD ON LVDEN.
Numm. 184.
ÆLFWIG ON LVNDE.
Numm. 185.
ASLAC MO LINCOLN.
Numm. 186.
CRVCAN MO EOFRW.
Numm. 187.
EADWOLD ON LVND.
Numm. 188.
EDWERD ON WINCESTR.
Numm. 189.
ELFWINE ON LVND.
Numm. 190.
GODMAN MO EOF.
Numm. 191.
GODRIC ON LVDDEN.
Numm. 192.
GRIMOLF MO EOFR.
Numm. 193.
GROC ON LEICES.
Num. 194.
LEMMAN ON LVNDE.
Numm. 195.
LEOESTAN ON LVN.
Numm. 196.
LEOFSTAN ON SCR.
Numm. 197.
LEOFWINE ON HAM.

Numm. 198.

LEOFWINE ON LINC.

Numm. 199.

MANNA ON NORTH.

Numm. 200.

OREST ON GRANTE.

Numm. 201.

SWET ON DORCEST.

Numm. 202.

THEODRED MON LV.

Numm. 203.

THVRVLF ON STAN.

Numm. 204.

WVLBARN MO LINC.

Numm. 205.

HAROLD RECX. Haroldus I. pectore tenus a læva exhibitus, Diademate atque Sceptro florem Lilii gerente condecoratus loricaque munitus.

BOGA ON DOCR. Crux grandis circumcluſo umbilico, nec non intermedii quatuor Lilii flores.

Nummi duo ſequentes, ducenteſimus ſextus & ducenteſimus ſeptimus, ducenteſimo quinto, ſi tergi Epigraphe excipiatur, prorſus conſonant.

Numm. 206.

BRIHTHÆR ON LVN.

Numm. 207.

LEOFWINE ON BRIE.

Numm. 208.

HARTHCNVTE. Canutus *Durus* (quemadmodum quibusdam vocatur) usque ad thoracem a

latere ſiniſtro repræſentatus, Diadema in Capite, Sceptrumque Lilii flore excultum, in læva gerens manu.

LEFVVINE ON LINCO. Crux mediocris, quam mediam figura adoperit quadrangula extrinſecus ad ſingulos angulos intusque in ipſo medio globulum habens.

Numm. 209.

EADVVEARDVS REX AN. Edwardus *Confeſſor* toto expreſſus corpore, ſedens in ſolio, Corona margaritifera otnatus, veſte indutus longa rugoſis manicis, haſtam ſive Sceptrum tenens dextera, globumque ſtaurophorum ſiniſtra.

ÆLFVVINE ONN BRVCC. Crux mediæ magnitudinis, nec non interpoſitæ adverſis invicem veſtigiis aviculæ quatuor.

Numm. 210.

ÆDVVARD REX. Caput Edwardi *Confeſſoris*, a parte ſiniſtra oculis objectum, Corona coruſcum radiata.

ÆTELWINE ON EOF. Parvula Crux cum oppoſito annulo.

Hic Nummus & ſubſequens non niſi ſequioris partis Epigraphe inter ſe diſcrepant.

Numm. 211.

HVSCARL ON LEI

Numm. 212.

EDVVERD REX. Caput cum parte pectorali Edwardi *Confeſſoris*, a latere ſiniſtro viſibile, Diademate ornatum: accedit Sceptrum in vertice quatuor globulis, Crucis quaſi ſimilitudinem conficientibus, inſtructum.

BRVN-

BRVN --- ON LEIC. Crux mediocris circa umbilicum annulo adornatum, latescentibus paulatim versus exitus lacertis.

Numm. 213.

EDWERD REX. Edwardus *Confessor*, ad pectus usque a læva visui patens, diadematus ac sceptriger.

BRIHTRED ON LV. Crux mediocris, obtegente meditullium schemate quadrangulo, ad singulos exteriores trinas sphærulas inque medio intimo unam habente.

Sequens aversæ partis inscriptione ab isthoc differt.

Numm. 214.

ETSTAN ON GRANTE

Numm. 215.

EDVVARD RECX. Edwardus *Confessor*, a læva parte pectore tenus effictus, Diademate & Sceptro cum quatuor superius globulis insignis.

GODVVINE ON LDE. Crux magna in medio annulata, inque ramorum fine lunata, cum interstantibus elementis, quæ Vocem PACX superfluo C construunt.

Nummus hic & bini jam subsequentes nonnisi aversæ paginæ inter se differunt Epigraphe.

Numm. 216.

GRIMVLF ON EO.

Numm. 217.

SCVLA ON EOFERVVIC.

Numm. 118.

EDVVARD REX. Edvvardus *Confessor*, ad thoracem usque a dextera apparens. Barbam habet promissam, Coronam gemino clausam arcu, suffixisque insignem unionibus. Additum Sceptrum cum super impositis sphærulis quatuor.

OTHGRIM ON LINC. Crux mediocris, in brachiorum exitu instructa arcu introrsum curvato, qui utraque extremitate globulum habet.

Numm. 219.

EDVVERD REX. Edvvardus *Confessor* in effigie thoracata, a dextero spectandus latere; barbatus, tegmen quoddam altum & margaritis distinctum in capite, Crucemque in dextera gerens.

THORR ON EOFERVVI. Crux mediocris circa umbilicum annulata, inque lacertorum fine ter quasi lunata.

Differentia hujus Nummi atque ejus, qui jam venit, in aversæ partis Epigraphe duntaxat consistit.

Numm. 220.

ELFNOTH ON LINCO.

Numm. 221.

EADVVARD REX AN. Caput Edvvardi *Confessoris*, directa fronte, opertum Casside, quæ quatuor globulos, Crucis quodammodo speciem confingentes, vertice sustinet.

LE-

LEFRIC ON STANF. Crux exilis.

Numm. 122.

HAROLD REX. Caput Haroldi II. cinctum Diademate, a latere ſiniſtro oculis objectum.

ÆLFFVVALD ON NOR. Crux mediocris, cujus umbilicus circulo gemino, & lacerti ſuæ ſingulatim figuræ ovatæ incluſi.

Proxime ſequentes quatuor ab iſthoc ſola tergi inſcriptione diſtant.

Numm. 223.

COLGRIM ON LINC.

Numm. 224.

OSFERTH ON LINCOL.

Numm. 225.

OSLAC ON LINCOL.

Numm. 226.

SVVAFA ON LINCOLN.

Extant in dicto Muſeo Kederiano & alii non pauci Nobilisſimæ Gentis Anglo-Saxonicæ Nummi argentei, qui ob abſtruſam & abditam partim figurarum, partim inſcriptionum mentem, Oedipo indigentem interprete, hic non enumerantur.

Appendicis loco ex eodem Muſeo deſcribendus venit Nummus Anglo-Normannicus unus, argenteus quoque.

WILLEM REX. VVilhelmus *Victor* directa fronte, cum corona arcuata & margaritifera in Capite, & Cruce in dextera, pectore tenus exhibitus.

SIFERTH ON LINCO. Crux mediocris,

cris, quam in quatuor interſtitiis totidem ſtipant literæ, ſuo ſingulatim circumdatæ cyclo, conficientes Vocem PAXS ſuperfluo S.

Seu læta ſors me foverit, ſeu triſtior
Vexarit, omni tempore
Laudabo DOMINUM, ſemper illius meum
Os perſonabit laudibus.
Mihi hæc voluptas, hoc erit ſolatium,
Mihi hoc levamen in malis:
Meoque turba triſtis exemplo ſuas
Solabitur moleſtias.
Una agite cuncti proſequamur laudibus
Nomenque Numenque illius.



TAB.I.

1.




2.




3.




4.




5.




6.




7.





8.




9.




10.

TAB. II.




11.




12.




13.




14.




15.




16.




17.




18.





19.

TAB. III.

α.




β.

γ.




δ.




ε.




ς.




ζ.




η.